Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0001-8

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Qe. 59.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0003-9

BREVIS ENODATIO

# L. VNICÆ, C. DE ERRORE CALCVLI.

Hortatu & inſtinctu amicorum quorundam publicata à

*IACOBO AYRERO I. V. D. & Cauſarum Aduocato Reip. Noricæ.*

Cum rerum & verborum copioſo in calce adiecto Elencho.

Arcad. & Honorius Impp. in l. contra publicam 14. C. de re milit. lib. 12.

*Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire.*



FRANCOFORTI,
Ex officina Typographica Ioannis Lechleri, impenſis Nicolai Baſſæi,
M. D. XCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0005-0

# LIBELLVS
*Ad Virum Clariſſimum*
## Dn. Onophrium Hinderoferum.

HINDEROFERE, *ſacræ Themidis inuicte Sacerdos,*
*Cæſarei præſtans fama decuſq́ fori.*
*Qua ſua Pegnitius Regneſo flumina miſcet,*
*Et ſecat in partes, mœnia clara, duas.*
*Suſcipe ſiderea paruum me fronte libellum;*
*Nec tenues humilis deſpice ruris opes.*
*Si me error ducit, properè reuocabitur error:*
*Sæpiùs errantem numina prona iuuant.*
*Te mihi pono Iouem: tanto ſub numine lucem*
*Securus Momi vulneris adſpicio.*

Paulus Schwartz. N. F.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0006-5

# AMPLISSIMO ET CONSVLTISSIMO VIRO DN. ONOPHRIO HINDERHOFFEN, I. V. D. Clariſsimo, Reipub. Noricæ Conſiliario digniſsimo adfini, & fautori ſuo colendo.

C*Vm multa ſapienter, Vir Ampliſsime, à maioribus noſtris inuenta atq; inſtituta ſunt: tùm nihil præclariùs, quàm quòd Viros auctoritate & doctrina præcellentes, ſuis, ſi quos medium in puluerem & agmen producebant, ingenij fœtibus, patronos, ac defenſores eſſe voluerunt: vt & hominum eruditiſsimorũ cenſuras, his tecti velut præſidijs, declinarent accuratiſsimas: & Zoilorum frangerent iniurias atrociſsimas. Quod ſi*

*vllo tempore his defenſoribus rei literariæ opusfuit: hoc profectò, in quo iam viuimus, eſt: vt omnis, non modò Iuris Ciuilis dignitas; ſed & totius humanioris literaturæ ſalus, in virorum eruditionis, & autoritatis laude illuſtrium protectione, conſtituta eſſe videatur. Quid enim dici, vel proferri amplius poteſt, quod naſutorum quorundam iudicia præmatura effugere queat? qui; ſi nihil aliud quod in rebus ipſis, vtpote harum ignari, carpant, habent: vel particulas quaſdam, & vocabula quædam minuta, quæ exagitent, decerpunt: vel rem non illo, qui ipſis videtur idoneus, tractatam eſſe ordine, cauillantur. Hæc & alia mecum, non vulgari, vt aiunt, trutina, ſed aurificis ſtatera in editione huius exigui laboris perpendens, cum dubius animo meo eſſem, cui lucubratiunculas has conſecrarem: tua mihi potiſſimum occurrit Amplitudo: vtpote, quæ non modò ſolidæ eruditionis laude doctorum delinire poſſet cenſuras doctiſſimas: verum etiam autoritatis ſplendore Zoilorum retundere cauillationes nugaciſſimas. Accedit huc & alia quædam tibi hos meos offerendi labores neceſſitas; be-*

*neficia,*

*neficia, nempe, tua erga me maxima: quæ annis ab hinc aliquot abunde ſatis in me contuliſti: quæ ſi nollem agnoſcere, non modò ingratitudinis, quod & ipſum graue eſſet, ſed & impietatis crimen incurrerem iuſtiſſimè. Itaque vt boni viri nomen conſeruarem; ingratitudinis crimen ſubterfugerem; impietatis notam amouerem; explicationem hanc breuem* l. vnicæ, C. de errore calculi *(quam vſu, & praxi forenſi, in hac præſertim noſtra Repub. frequentiorem eſſe cognoui) tuo celeberrimo nomini inſcribendam eſſe duxi: non, quòd vulgaris hic, & impolitus labor, ſolidiori tuæ doctrinæ dignus videretur: ſed vt aliquo ſaltem officii aut gratitudinis genere, meam erga te obſeruantiam, publicè teſtatam facerem: quò, quantum me tibi deuinctum profitear, omnes intelligerent. Accipe igitur Vir Ampliſſime, leuidenſe hoc meum, eo, quo à me tibi offertur, animo, munuſculum: amoris, & obſeruantiæ, meæ in te argumentum firmiſſimum: & tuo, patrocinio tectum, à maleuolorum morſibus vindicato, meq; illo, quo antè complexus es, fauore, proſequi pergito. Mihi certè cura hæc animo*

*meo infixa erit ſempiterna: vt quocunque officiorum genere, vel huic laudatiſſimæ Reipublicæ, vel tibi tuisq́; inſeruire potero: omnibus luce meridiana clarius adpareat: mihi neque in perferendo labore, induſtriam: nec in vllius dignitate defendenda, gratam animi beneuolentiam vnquam defuturam. Quod ſupereſt, Deum Trinum, & vnum ardentiſſimis votis precor: vt & Eccleſiæ ſuæ, in hac tumultuante mundi procella, ope ſua ſuccurrat: Rempublicam noſtram Noricam diuino ſuo auxilio ab omnium inſultantium iniuriis protegat: teq́; ſaluum, & incolumem, ab omnibus animæ, corporisq́; periculis conſeruet diutiſſimè. Vale, Vir Ampliſſime, meque tibi commendatiſſimum habeas. Norimbergæ Cal. Septembr. Anni incarnati Chriſti 1598.*

T. Amplitud.

Obſeruantiſs.

Iacobus Ayrerus I.V.D.
& Aduocatus Noricus.

## Ad Lectorem.

DJeſes Büchleins Inhalt zeigt an/
Wie man nützlich gebrauchen kan/
Der Rubric in dem Codice,
Mit dem eyntzlichen Lege,
De errore calculi,
Alſo im Druck außgangen nie/
Vnd kompt den Tyronen zu gut/
Weil mancher allegirn thut
Dieſen Legem, vnd nicht verſteht/
Wie weit er procedirt vnd geht/
Vnd wie er iſt zuziehen eyn/
Vnd was für Vnderſcheidt drin ſeyn/
Vnd wie man darauß klagen ſol/
Das alls lehret das Büchlein woll/
Wer es lißt/vnd jhm thut nachgehn/
Der kan im allegirn beſtehn/
Alſo daß es ſein Nutz kan ſchaffen.
Nun möchtens aber etlich ſtraffen/
Die ſich ſelbſt düncken weiß/klug/
Vermeinen/ſie ſind gſcheidt genug/
Daß ſie es alls wiſſen vorhin/
Vnd niemand weiß nichts neben jhn/
Ein ſolchen/der diß Werck veracht/
Iſt es nicht gemeint vnd gemacht.
Gleich wie auch nichts dran glegen iſt/
Wenns ſchon ein ſolcher gar nicht lißt/
Es wird dennoch danckbar Leut finden/
Die etwas darauß lernen können/
Vnd diß Werck zu Danck nemmen an/
Die kriegen auch den Nutz davon/
Vnd geben Glegenheit vnd Vrſach/
Daß man forthin was beſſers mach/
Verhofflich Gott der HERR wird geben/
Daß wir es all mit freud erleben.

*I. A. Senior.*

# AD ZOILVM.

CArpere quiſq; poteſt, ſed ſcribere, Zoile, quiuis
Haud potis eſt: decus eſt arte parare libros:
Sed ſcriptum contrà, petulantem ſtringere linguam,
Si famæ, aut arti, connumeranda putas.
Falleris, & fallis: pauci, quibus æquus Apollo
Illud, pro meritis continuare queunt.
Hoc, canis, & vetulæ, meliùs, te iudice, poſſunt.
Iam, quales, viden' gloriæ habes ſocios?

G. S. G.

# I. AYRER. LECTORI ÆQVO SAL.

NE mireris, Lector beneuole, me in hoc tractatu nihil noui, & inuſitati, aut proprio fictum cerebro, protuliſſe: ſed veſtigia potius antiquiſſimorum Iuris interpretum ſecutum fuiſſe. Hoc enim ſuaſit inuiolabilis illa Iuſtitia: iuſſit Chriſtianus proximi amor: quibus ſi quis vel inconuenientia addere, vel neceſſaria adimere velit, iure meritò violatæ accuſandus erit iuſtitiæ. Quod vt melius perſpicere queas; ipſa auctorum Verba meo inſerui libello: locaque, vnde tranſplantata quælibet, diligenter adnotaui: non quòd gloriolæ alicuius cupidus, famam inde comparare vellem: ſed vt partim amicis meis, qui illud aliquoties à me ſummopere flagitarunt, ſatisfacerem: partim etiam meo, quod mihi conceſſum eſt à DEO, talento aliquid lucri quærerem: proximique vtilitatibus & commodis ſtuderem. Cum enim de lege hac nonnunquam controuerſiæ, eæque haud contemnendæ in hoc clariſſimo Germaniæ noſtræ foro Norico oriantur: eæque diſputationibus & altercationibus variis variè in vtramq; partem exagitentur: vt & ego, quid mihi in complicatis his actionibus ſtatuendum eſſet, in promptu haberem; varias

hinc inde D.D. collegi de hac materia, interpretationes: easq́ue iuuandæ memoriæ cauſa in hoc, quod tuæ, Lector benigne, victus amicorum precibus, ſubiicio cenſuræ, conieci compendiolum. Tu illo, ſi potes, & quandocunque potes, vtere & fruere, feliciſſime: atque iſthæc omnia, qualiacunque ſunt, eo, quo à me proficiſcuntur, animo accipias; ac boni conſulas velim.

Vale.

*VERBA*

# VERBA L. VNICAE, C. DE ERRORE Calculi.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Aureliano Quarto.

*Errorem Calculi, ſiue ex vno contractu, ſiue ex pluribus emerſerit, veritati non adferre præiudicium, ſæpe conſtitutum eſt. Vnde rationes etiam ſæpe computatas denuò tractari poſſe, ſi res iudicatæ non ſunt, vel tranſactio non interuenit, explorati iuris eſt. Sed etſi per errorem calculi, velut debitam quantitatem, cùm eſſet indebita, promiſiſti: condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Cal. Mar. AA. Conſſ.*

Hactenus verba Legis.

LEx hæc materiam non ſolùm vtilem & iucundam, ſed etiam in vſu practico frequentiſſimam continet. Agit namque de computationibus,

bus, tranſactionibus, quietationibus, ſeu liberationibus: de quarum poſtmodum intellectu & amplitudine dubitatio vel error oritur. Cùm itaque
1. ea, † quæ quotidiana ſunt, attendenda eſſe dicat Iureconſultus *in l. legaui 25. ff. de lib. legat.* & magna ſit dementia, iuxta illud Senecæ, in tanta temporũ egeſtate ſuperuacua addiſcere: eapropter ad communem vtilitatem hanc *l. vnicam, C. de errore calculi,* commentandam & repetendam aſſumpſi. Conabor autem, vt materiam eius ad faciliorem & lucidiorem intellectum reducam: totius negotii concluſionem poſita facti ſpecie referam, eiusq́; ampliationes & limitationes adducam: & quod tandem in procedendo, iudicando, & conſulendo tenendum ſit, concludam.

Pro euidentia autem huius materiæ, primò aliquid de ratione ordinis, ſeu continuatione tituli huius ad præcedentem præmittendum cenſeo. V-
2. bi enim † ordo non eſt, ibi confuſio-

nem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0016-1

nem eſſe conſtat. *gl. in* §. *inordinat. verb. confuſum. auth. de hæred. & falcid.* Per ordinem † namq; rebus intellectus animi non ſolum delectantur, & ſenſus illuminatur: ſed memoria etiam ipſa 3.
(quæ aliàs † labilis & bulla eſt, *l. peregrè 44. ff. de acquir. poſſ.*) redditur clarior, 4.
*d.* §. *inordinatum auth. de hæred. & falcid. Bald. in proœm. ff. nu. 1. Crauet. conſil. 28. nu. 4. & conſil. 65. nu. 10.* Scire † enim, quod 5.
quis facit, quo ordine autem faciat neſcire, perfectæ cognitionis non eſt. *Bald. in d. proœm. ff. nu. 1. Iaſ. in l. Gallus.* §. *idem credendum lect. 1. nu. 6. in fin. ff. de lib. & poſth. NeuiZan. lib. 1. ſyl. nüpt. nu. 9. Benckendorff. ad rübr. ff. de reg. Iuris, num. 1. & ſeqq. Cagnolus nu. 1.*

Porrò cùm † nulla ſit legum ad le- 6.
ges continuatio, *gl. in l. Gallus. in princ. verb. poſthumos in fin. vbi Bart. nu. 11. Bald. col. 1. in princ. Alex. de Imol. nu. 8. Iaſ. nu. 55. ff. de lib. & poſth. gl. in l. 2. verb. omnes, in fin. C. de petit. bon. ſub. lib. 10. Plot. in l. ſi quando.* §. *1. nu. 1. C. vnde vi. Ang. in proœm. Inſtit. nu. 12. Iaſ. in princ. Inſtit. de actio. nu. 7.* Sed titulorum

tulorum tantum, qui in Corpore Iuris miro ordine & decenter poſiti ſunt, *arg. l. 1. §. quibus ſpecialiter, ibi congruis titu-*
7. *lis. C. de nouo codice faciendo.* Et † rubricę ad rubricam, ſiue tituli ad titulũ proximè præcedentem continuationem neceſſariam eſſe, *l. 2. ff. de ſtat. hom. ibi.* proximos atq; coniunctos, *l. cum de lanionis 18. §. aſinam*, ibi proxima copulata præcedunt. *ff. de fund. inſtr. leg. Alex. ad rub. ff. ſol. matr. n. 2. Plot. in d. l. ſi quando. §. 1. n. 1. 2. & 3. C. vnde vi. Dd. in rub. ff. de reg. iur. vbi Cag. n. 1. Benckendorff. n. 1. & ſeqq. Ang. in proœm. Inſtit. n. 12.* Ideoq; non inconueniens viſum fuit de continuatione huius tituli, qua de cauſa ad proximè præcedentem poſitus ſit, inquirere.

*Continuatio tituli ad præcedentẽ.*

Ratio autem ordinis ſeu continuationis tituli hæc eſt: quòd in titulo proximè præcedenti de tranſactionibus actũ fuerit. In tranſactionis autem computatione quoq; errari experientia rerũ magiſtra docet: Ideoq; de eiuſmodi errore, qui in tranſactionibns fieri ſolet, nunc tractandũ erit. Ita Azo.

Dein-

Deinde ſciendum, cùm in omni
tractatione ſeu diſputatione † à defi- 8.
nitione initium faciendum ſit, vt intelligatur id, de quo diſputatio inſtituenda eſt, *teſte Cic.lib.1.offic.& Ariſtot.de cœlo.l.1.§.dolum.ff.de dol.l.1.ff.de acq.poſſ.& l.1.ff.de tutelis.* Idq; ratione non caret:
Primò, quia † quæ de fundamento a- 9.
licuius rei ſunt, ea primo loco tractanda aut declaranda ſunt: Niſi enim ea, quæ fundamenta reſpiciunt, priùs explicentur, nihil perfectè extrui, intelligi, & dextrè percipi poteſt. *l.in vniuerſis.11.C.qui tutores dari poſſ.* facit text. *in c.veniens ibi.*quoniam vbi fundamentum non eſt. *de presbyt.* non baptizato *c. cum Paulus ibi.quia vbi Chriſtus,1.q.1.* At-
qui † definitio cuiuslibet diſputatio- 10.
nis fundamentũ & baſis eſt, *teſte Ariſt.in
top.*Ergò,&ç. Secundò, quia † quę ſub- 11.
ſtantiam ſeu eſſentiã rei concernunt, ea primò diſcutienda ſunt. *Bart.in l. diuus 25.n.1.ff.de teſta.mil. Bald.in l.2.n.1.C.de bon.poſſ.ſecundum tab.& in l.omniũ.n.1.& 2.C.de teſt.Iaſ.in l.eius qui.§.quod ſi ſtipulatus,n.3.ff.ſi cert.pet.& in proœm.ff.n.1.& 2.*

Defi-

12. Definitio † autem eſſentiam ſeu ſubſtantiam definiti breuiter depingit. *Ariſt. 6. topicor. facit text. in l. 1. vbi Bart. nu. 2. ff. de teſt. d. l. 1. §. 1. ff. de dol. d. l. 1. ff. de acquir. poſſ. Bald. in l. maximum vitium, nu. 6. C. de lib. præterit. Socin. in l. 1. nu. 14. ff. qui & à quo. Cagn. in l. omnis definitio, nu. 9. ff. de reg. iuris. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 167. ff. de vſucap.* Ergò, &c.

13. Tertiò, quod † generalia præmittenda ſunt. textus eſt *in l. 1. ff. de iuſt. & iure. Dd. in l. 1. vbi Bart. in princ. Bald. nu. 2. Dec. nu. 3. ff. ſi cert. pet. faciunt not. in c. humanum diſt. 1. & in rubr. ff. de iuriſdict. omnium*

14. *iud.* His enim † præmiſſis diſcentibus ordo facilior redditur: *per l. 1. in pr. ff. ſi cert. petat. not. in rubr. ff. de acquir. poſſ. &*

15. *in rubr. ff. de verb. oblig.* Genere † namque cognito, omnes ſub eodem contentæ ſpecies cognoſcuntur. *l. ſemper generalibus 190. ff. de reg. iuris. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. d. l. 1. vbi Bald. nu. 3. ff. ſi cert. petat.* Cùm itaq; definitio non ſolum fundamentum ſit & baſis, ſed etiam eſſentiam rei depingat, adeoq; ad

faci-

faciliorem cognitionem eius, de quo tractatio facienda ſeu inſtituenda eſt, conducat: iure meritò primum ſibi locum vendicat.

Quamuis autem vox † *calculi*, in iu- 16.
re variis accipiatur modis: quandoq; enim pro cognitione cauſæ accipitur. *l.rem non nouam 14. C.de iud.* quandoque pro ſententia *l.ſi actor.10.C.de appellat.l.4. C.de auth.præſt.d.l.rem non nouam 14.in pr. C.de iud.c.per tuas.de appellat.* Calculis enim olim iudices ferebant ſententias, albis abſoluebant, nigris condemnabant, *l.1.ff.de re iud.gl.hic verb.errorem. Azo in ſum. hic.* attamen in hac noſtra lege calculi vox ratiocinium, ſiue rationis poſitionem, vulgò **ein Rechnung** denotat: vt in ſimili text. *eſt in l.ſi ſponſus 5. §.ſi quis rogatus 15.ff. de donat.int.vir. & vxor.ita Dd.hic.VVeſenb.nu.1.*

Porrò caſus ſecundum gl. hic figurari talis poteſt. Quidam, puta, Titius tenetur Caio in aliqua pecuniæ quantitate ex pluribus cauſis, vtpote ex cauſa mutui ad viginti, ex alia cauſa

emptionis ad viginti, item ex cauſa permutationis ſcilicet ad decem: & ſic ad quinquaginta: Caius computauit dicens, Viginti & viginti & decem faciunt ſexaginta, & ſic per errorem Titius illa ſexaginta vel ſoluit, vel ſoluere promiſit: Quæſtionis nunc eſt; An exinde Titio præiudicetur, quò minus computatio retractari & denuo computari poſſit?

17. Ratio dubitandi eſt: quia † quod ſemel placuit, amplius diſplicere nequit. *c. quod ſemel de reg. iuris in 6.* Et quod
18. † ſemel probatum eſt, amplius reprobari non debet. *l. Pomponius. 10. vbi gloſſ. verb. ſemel. ff. de negot. geſt.* Nimis enim indignum eſſe iudicamus (inquit Imper. *Iuſtinian. in l. generaliter. 13. Cod. de non numerata pecunia*) quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, teſtimonióque proprio reſiſtere. Si igitur factã computationem quis approbat; illud quod computatum eſt ſoluat, aut ſoluere promittat: non videtur poſſe amplius

plius

plius ei, † qui ſemel rationem reddi- 19.
dit, negotium facere. *l. ſemel. vbi Bart. C.de apoch.lib.10.clement.2.§.illi ibid. Zab. num.57. & Imol. colum.penult. verb. annis ſingulis. de rel. dom. Gem. in c. vnico. §.fin. num.5.de clerico ægrot.lib.6.*cum † infini- 20.
tas in iure omni modo vitanda ſit. *c.2. de reſcript.in 6. Felin.in c.propoſuiſti nu.11.in fin.de probat.Cornel.conſ.63. vol.4. & conſil. 43. volum.1.* Sed contrarium ſtatuemus Imperatores hic: Et ratio decidendi eſt, quod † error veritati nullũ afferre 21.
debeat præiudicium: ita hac l. noſtra fecit text.*in l.illicitas.6.§.veritas:ff.de off. præſid.* vbi Iureconſultus inquit, veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur; *l.aſſumptio.6.ff.ad munic.l.fin.in fi.ff. de prob.c.cum inter.de re iud.Dd.hic vbi Dec. nu.1.Bur.conſ.170.nu.54.vol.2.* Vnde apparẽte veritate erroneus calculus retractari poteſt, denuoq́; cõputari debet.

Neq; obſtat, *c.quod ſemel.de reg.iuris in 6.pro ratione dubitandi adductum:* quia axioma hoc verum eſt, & procedit in
his, † quæ ſcienter placent, & non per 22.

errorem facti, ita reſpondet *gloſſ. in d. c. quod ſemel.* Atqui conſtat errantis neq; conſenſum eſſe, *l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. omn. iud.* neq; voluntatem, *l. ſed hæc ita ff. de aq. pl. arc. l. nihil conſenſui. §. non videntur. vbi Dec. n. 1. & 2. ff. de reg. iur.* Com-
23. putatio † itaq; erronea errantem non obligat, neque præiudicat. *ita Bart. in l. Aurelio. §. 1. ff. de lib. legat. VVeſ. conſ. 74. n. 62. lib. 2.* Similiter non obſtat, quod ei ne-
24. gotium † fieri non debeat, qui ſemel rationem reddidit: quia reſpondetur, illud verum eſſe, ſi calculus ritè & debito modo redditus ſit: tunc enim rationem non ſolùm diſtrahit *tot. tit. ff. de tut. & rat. diſtr.* ſed etiam ab obligatione liberat. *d. l. ſemel, vbi Bart. C. de apoch. lib. 10. ita VVeſenb. ad tit noſtr. hic. nu. 8.*

25. Ad hoc autem, vt † calculus rite redditus dicatur, requiritur primò, vt reddatur ex bona fide, *l. 2. §. 2. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert.* vbi dicit Vlpianus, ratio adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum & datorum ponatur. *l. ſi ita. ibi.* coniuncta fidei bonæ. *8. ff.*

*de ma-*

*de manumiſſ. teſta. l. ſi pure.37. ff. de fid. lib.* rationem quam adminiſtraſſe eum apparuit, ex fide reddat. *Bald. in l. voluntatis.7. nu.4. C. de fideicom. per l. Thais.41. §. ſoror.3. ff. de fidei. lib. id eſt*, abſq; dolo, ſecundum *gl. in §. peculium verb.* tum rationibus, *inſtit. de leg. d. l. Thais. §. Stichus.*

Secundò requiritur, † vt fiat ratio per ſingulas partes, ſpecies & capita integrè, plenè, apertè, & dilucidè. *l. argentarius.10. §.1. ff. de edend. d. l. ſi ita.8. l. qui filium.22. ff. de manumiſſ. teſtam. d. l. ſi purè. 37. ff. de fideicom. lib. Socin. conſil.213. nu.4. & conſil.73. nu.6. Iaſ. conſil.219. vol.2. & conſil. 4. num.1. volum.3. Schurff. conſil 9. num.5.6. cent.2. doctè Weſenb. hic. nu.7. per tot.* 26.

Verùm pro maiori intelligentia placet rem paulò altiùs repetere. Sit igitur concluſio. Quod † erronea calculi computatio non noceat, ſed retractari poſſit. Probatur hæc concluſio per l. noſtram hic, vbi Dd. omnes, *Bart. nu.1. Fab. nu.4. Decius nu.1. & 2. Angel. num.1. & 3. in fin. Iaſ. num.3. & 6. facit l. inſtar.9.1. de iure fiſci lib.10. l. ſi ſponſus.5. §. ſi* 27.

*quis rogatus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Aurelio. 21. §. Caius. l. Lucius ff. de lib. leg. Curt. Sen. in l. ſi quidem. 24. nu. 6. C. de tranſact. Phil. Franc. in cap. vnico. § fin. num. 2. de clerico ægrot. lib. 6. Paulus de Caſtr. conſil. 377. num. 2. volum. 2. Socin. conſil. 119. num. 11. volum. 2. & conſ. 13. nu. 3. vol. 1. Weſenb. conſil. 47. nu. 50. vol. 1, Iaſ. in §. quædam. nu. 83. Inſt.*
28. *de act.* Ratio eſt: quia † veritas per errorem non debet vitiari, per ea quæ ſupra nu. 21. adducta ſunt. Ampliatur hæc concluſio primo, vt procedat et-
29. iamſi † ratio ſæpè computata atque reiterata ſit per text. in hac l. noſtra, *vbi Bart. nu. 1. Bald. n. 1. Caſtr. n. 2. Aret. nu. 1. Alex. n. 3. Iaſ. n. 2. Ang. n. 1. Dec. n. 2. & 7. Bald. conſ. 99. in cauſa nobilium. vol. 1. Fulgoſ. conſ.*
30. *142. in fin.* Et quamuis † aliàs reiteratio vel repetitio omnem erroris præſumptionem tollat, ſecundum, *gloſ. in c. literis. verbis admonita de diuortio:* quippe
31. † quod plenam præſupponat deliberationem & perſeuerantiam *cap. ſi quis natus. vbi glo. verb. reiterata. 2. quæſt. 3. Alex. in hac lège noſtra. num. 2.* adeò vt nihil

oppo-

opponi poſſit ſecundum *Dec.conſ.185.n.10. Alc.con.123.n.7.* Sed† vim cõfirmatio- 32.
nis habeat, *Tira.de retr.gent.§.21.gl.vnica n.5.6.7.Ceph.conſ.443.vol.3.Dec.cõſ.86.vol.2.* attamen † cum etiam deliberando 33.
quis errare fallique poſſit. *l.de ætate.§.ex cauſa. ff. de interrog. act.* igitur repetitio computationem errore apparẽte impedire minime poteſt: cum eodem errore facta cẽſeatur reiteratio, quo ipſa computatio: *ita Dd.in hac l.noſtra. vbi Alex.n.2.Iaſ.nu.8.* idq; propter expreſſum textũ hic, vbi Imp. Diocletian⁹ & Maximinianus dicunt, rationes etiã ſæpè computatas retractari poſſe, in quibus vel quot actibus vero dictio ſæpe verificetur, videre licet, quæ infra ad verbũ ſæpè dicta ſunt. Secũdò ampliatur conclusio, vt locũ habeat† etiãſi quie- 34.
tatio ſit ſubſecuta, nihilominus cõputatio propter errorem etiã poſt quietationem retractari & reiterari poteſt, *ita Dd.in d. hac lege noſtra. vbi Dec.num.3. per dict.l.inſtar.9. Cod.iure fiſci lib.10.idem tenet Borgninus in tract. de tutel. & Curat.*

 *nu.203.*

35. *num.203.& ſeqq.* Ratio huius eſt: quia † quietatio ſiue liberatio eodem errore facta cenſetur, quo ipſa computatio: *ita Decius hic nu.3. Paul. de Caſtr. conſil.377. nu.2.vol.2. Iaſ.conſ.219. nu.1. & 2.vol.2.Soc. conſ.119.nu.11.vol.2. Anch.conſ.330.nu.1.*

36. Non obſtat primò, quòd † ſemel ratificatum vel approbatum amplius reuocari nequeat, ſecundum *Caſtr.in l. bonorum.ff.rem ratam haberi.Pariſ.conſ.47. nu.35. vol.1. Burſ.conſ.118.nu. 25. vol.1.argumento c. quòd ſemel.de reg.Iuris in 6.* Quia reſpondetur illud verũ eſſe, quod quis ſcienter ratificauit, non per errorem,

37. adeoque ignoranter. Etenim † ignorans non videtur cenſentire *l. in repudianda. ff. de acquir. hæred.l.mater decedens. 19.ibi Caſtr.nu.2.ff.de inoff. teſt.l.2. in prin.ff. de iud. Alex.conſ.2.nu.9.vol.4.* Ergo neque

38. approbare dicitur, cum † non videatur approbatum, quod non ex omni parte intelligitur: ita eſt textus *in l. in totum 76. de reg. Iuris:* vbi dicitur: In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia

entia perfici poſſunt. *Concord. text. in d. l. mater. 19. ff. de inoff. teſt. l. quo enim 12. §. Iulianus. ff. rem rat. hab. text. in clem. cauſam. §. intimato. ibi. plena & certa notitia iuncta gl. ibid. de elect. Dyn. in c. ratum. nu. 4. de reg. iuris in 6. Rom. conſil. 343. circa fin.* Hinc eſt, quòd † quietatio quamuis generalis 39. non extendatur ad incogitata vel ignorata, *l. cum Aquiliana 5. ff. de tranſact. l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet. d. l. mater decedens. 19. ibi Paul. de Caſt. nu. 2. ff. de inoff. teſt. Pantaleo de Crema in l. rem maioris. nu. 58. C. de reſcind. vend. Maſcard. de prob. vol. 3. concluſ. 1252. nu. 21.* Quod procedit, etiamſi clauſula hæc, promitto me nihil amplius petiturum, quietationi inſerta ſit: quia ne tum quidem incogitata vel ignorata comprehendit: *ita Franc. Cur. in l. ſi de certa. nu. 14. C. de tranſact.* Ratio huius eſt: quia † remiſſio ſiue libera- 40. tio gratis facta vim prorſus donationis habet *l. ſi mulier 10. ff. de cond. ob cauſam l. contra iuriſ. 28. §. fi. ff. de pact. l. 1. ff. de tranſact. l. ſicut. 8. §. an paciſci. 5. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſoluat. l. Si quis delegauerit. 12. ff.*

*de nouat. Ang. in l. ſi conſtante. n. 3. ff. ſol. matr. Caſtr. in dict. l. contra iuriſ. 28. in princ. ff. de pact. Iaſ. in l. præſes. nu. 12. C. de tranſact. Decius in l. ſi quis obligatione. num. 2. ff. de reg. iuris. Tiraquell. in l. ſi vnquam 8. verb. donatione largitus, n. 173. C. de reuocand. donat.*

41\. *Matth. de Affl. deciſ. 232. nu. 2.* Ignorans † autem non dicitur donare. *l. nec igno-*

42\. *rans 10. C. de donat.* aut † iuri ſibi competenti renunciare, *Alex. in l. nec is qui. §. hæres, num. 5. ibi Iaſ. nu. 8. ff. de acquir. hæred.* Ergò neq; remittere cenſetur: *ita Natta conſil. 501. num. 58. vol. 3. Gail. lib. 2. obſer.*

43\. *139. num. 5.* Et conſequenter † quietatio ad ignorata non extenditur, neq; liberanti præiudicat. *Bart. in. d. l. Aurelius. §. 1. ff. de lib. leg. Weſenb. conſil. 74. nu. 62. lib. 2.* facit pro hoc textus expreſſus *in l. tres fratres. 36. ff. de pact.* vbi frater fratrem quietauit, ac liberauit plenè, cauitq; vnus alteri, quod nihil amplius velit petere, ratione bonorũ maternorum: & tamen de dolo conceditur actio & replica: eruditè *Couar. lib. variar. reſolut. cap. 14. in 1. concluſ.*

Secun-

Secundò non obſtat authoritas Bartoli *in l. 2. col. fin. C. de iure fiſci, lib. 10.* vbi dicit: quod ſi ſemel calculationem ſecuta ſit quietatio, tunc calculus coargui nequeat, *alleg. l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. & l. ſi quidem. C. de tranſact.* Nam ex præcedentibus ad hoc facilis eſt reſponſio: ſcilicet, calculum in his non poſſe reiterari, quando expreſſa mentio facta eſt, & quietatio ſubſecuta: ſecus verò in non cogitatis aut occultis eſt: ad hæc enim non extenditur quietatio, quamuis generaliſſima. *l. ſub prætext. 29. vbi Iaſ. num. 2. & 3. C. de tranſact. Weſenbec. conſil. 74. num. 66. volum. 2.* quia eodem errore facta cenſetur, quo ipſa computatio, per ſupra adducta. Præterea iura, quæ Bartolus eo loci allegat: nihil ad propoſitum faciunt, nec probant ipſius intentionem, vti & ipſum refutat Iaſon hic *num. 6.*

Ampliatur tertiò, † vt etiam ad triginta vſque annos error calculi coargui poſſit: ita eſt *gloſſ. in l. calculi. ff. de administr.* 44.

*miniſt. rer. ad ciuit. pertinent: ita Dd. hic. vbi Caſtr. num. 2. Iaſ. nu. 3. glo. & Bart. in d. l. inſtar. 9. C. de iure fiſci. lib. 10. Bald. in l. aduerſus ea. 8. C. de neg. geſt. Phil. Fran. in c. vnico. §. fi. num. 1. de clerico ægrot. lib. 6.* Ratio, quia v-
45. bi † negligentia non eſt, nec præſcriptio currere poteſt. *text. eſt in l. genero. 8. ibi glo. verb. ne ignorantia. ff. de his qui not. infam. text. eſt in l. illud. 7. §. ſi tamen ignorans. ff. de tribut. act. l. eum. ff. de publ. in rem act. Bald. in l. ſi non conuicij. nu. 2. C. de iniu-*
46. *riis.* Rationis ratio, quia † præſcriptio in odium negligentium introducta eſt. *l. cum notiſſimi. 7. vbi Dd. C. de præſcript.*
47. *30. annor.* Sed ignorans † non dicitur negligens, nec vlla ei negligentia imputari poteſt. *l. ſi ignorans. 50. ff. locati. l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virginem. ff. de iniuriis. Burſat. Conſil. 185. num. 29. vol. 2.* Præſcriptio itaque contra ignorantem non currit. *Gail. lib. 2. obſ. 150. nu. 5. &*
48. *6.* Ceſſante † enim ratione legis, ceſſat ipſa lex. *l. adigere 6. §. quamuis. ff. de iure patr. l. quod dictum. 32. ff. de pact. Euerh. in loco à ceſſatione rationis. n. 1. & 2.*

Quarto

Quartò ampliatur † vt erroneus 49.
calculus non ſolum in prima inſtantia allegari poſſit, ſed etiam in ſecunda, id eſt, in appellatione ſiue in prima inſtantia deductus ſit ſiue nõ: *Ita Paulus de Caſtr. conſil. 10. num. 1. volum. 2. Iaſ. in hac l. noſtra. num. 4.* Ratio huius eſt, † quia 50.
in ſecunda inſtantia allegari poſſunt, quæ in prima produci potuerunt. *l. per hanc. Cod. de temp. appell.* Appellatio † 51.
enim rem in priſtinum ſtatum reponit, in quo fuit ante latam ſententiam. *l. qui cum maior. §. accuſaſſe. verſic. ſed ſi appellatione ff. de bon. lib. Caſtr. d. conſ. 10. num, 1. volum. 2.*

Sed ex Iaſone hic. num. 1. obiiciet aliquis, quòd error Calculi ſæpius retractari poſſit, niſi ſit ſecuta ſententia. Ergo argumento à contratio ſenſu deducto, per ſecutam ſententiam via allegandi errorem præcludi videtur: tum quia per ſententiam terminatur & finitur controuerſia. *l. 1. ff. de re iud.* tum quia † argumentum à con- 52.
trario ſenſu fortiſſimum frequens, & vtiliſ-

vtiliſſimum eſt, *l. 1. §. huius. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. qui teſtamento. 20. §. mulier. ff. de teſtam. c. cum virum. de regularibus, c. cum Apoſtolica, in fin. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli:* tum quia ſententia & res iudicata nihil differunt, *argumento l. ingenuum. ff. de ſtatut. hom.*

53. Verùm reſponderi poteſt, quod † dicta Dd. intelligenda ſint, ſecundum leges, in quibus ſe fundant: *ita Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. num. 2. ff. lib. leg. & in l. cum quidam. ff. de his quibus vt indig. Dec. conſil. 622. num. 5. Marian. Socin. conſil. 170. num. 42. & conſil. 172. num. 24. volum. 2. Weſenb. conſil. 25. num. 7. conſil. 50. num. 20. colum. 1194. in fin. lib. 1.* quod verum eſt, etiamſi relatio aliter aliquando contineat, quàm relatum: nihilominus tamen inſpicienda eſt diſpoſitio relata, non referens. *Alexand. conſil. 9. num. 12. verſic. & hoc ſaltem in caſu, volum. 5.* Atqui Iaſon fundat ſe in hac lege noſtra, quæ dicit, ſi res iudicatæ non ſint. Secus ergò eſt, ſi iudicatæ

ſint,

ſint, id eſt, appellationi amplius locus non detur, idq́; argumento à contrario ſenſu legis ſumpto, † quod fortiſ- 54.
ſimum eſt, ſecundum *Bart. in repet. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. Anchor. in repetit. c. canonum ſtatuta in 5. quæſt. princ. de conſtit.* quos refert & ſequitur Nicol. Euerhard. in loco à contrario ſenſu, *num. 2.* idq́; propterea, quod † ſenſus 55.
eiuſmodi contrarius legis vel canonis pro mente legis vel canonis habeatur, ſecundum *gloſſ. in l. qui teſtam. 20. §. mulier. ff. de teſtament. vbi Paulus de Caſtro & Bald.* quod ſecus eſt in oppoſito: eo enim loci nihil conducit à contrario ſenſu argumentatio; quippe quod contra mentem legis noſtræ ſit, vt doctè tradit *Euerhard. rel. loc. num. 4.* vbi allegat *Ioan. Andr. in c. publicato, de elect.* Iaſon igitur ſecundum mentem noſtræ legis, in qua ſe fundat, intelligendus eſt, ſententiam ſcilicet, quæ in rem iudicatam tranſiuit, retractationem impedire, & ita concordant omnes omnino Doct. communiter:

niter: quando autem res iudicata dicatur, infra verb. ſi res iudicatæ non ſint, videre eſt.

Concluſio noſtra ſic ampliata limi-
56. tatur, primò, vt non procedat, † ſi de rationibus ſit iudicatum, & ſententia in rem iudicatam tranſiuerit, quo caſu, error amplius coargui nequit: *ita eſt textus in hac lege noſtra, vbi Dd. Bart. nu.1. Bald. num.1. Alex. nu.1. Caſtr. nu.1. Aret. nu.2. Iaſ. nu.1. Dec. nu.4. & Dd. in l.1. §.1. ff. quæ ſent. ſine appell.*

57. Ratio limitationis eſt, quia † ſententia, quę in rem iudicatam tranſiuit, tanti momenti eſt, vt faciat ex nigro album, & ex albo nigrum. *Bald. in c. noſti. de elect. Iaſ. in l. Iulianus verum debitorem 60. num. 2. ff. de condit. indeb. Curt. iunior conſil. 177. nu. 12. Cephal. conſil. 162. nu. 8. Burſat. conſil. 39. nu. 1. Marſcard. de probat.*
58. *vol. 3. concluſ. 1296. nu. 16.* † ex non ente ens, ex non iure ius, *gl. in l. ſi non ſortem.*
59. *§. hæredi. ff. de condit. indeb.* † ex non hærede hæredem: ex non vaſallo vaſallũ: ex non debito debitum. *l.1. C. de cond. indeb.*

*deb. l. ſi fideiuſſ. ſor. 29. §. in omnibus ff. mandati. Cephal. conſil. 180. num. 4. Maſcard. d. concluſ. 1296. nu. 19. Iaſ. ad rubr. ff. de re iud. num. 1. & §. item ſi quis poſtulant. num. 4. Inſtit. de act. Decian. conſ. 20. ex prima facie. nu. 4. vol. 2.* facitque † eum filium, qui filius 60.
aliàs non eſt, & patrem qui non eſt. *Cagnol. in l. res iudicata. nu. 2. ff. de reg. iuris* † 61.
& naturalia ſanguinis vincula mutat, & falſum in verum, & verum in falſum conuertit. non quidem eſſentialiter, ſed quo ad effectum. *ita Bald. in c. in præſentia de probat. Maſcard. d. concluſ. 1296. num. 17. Crauet. conſil. 79, num. 1.* & exinde pro veritate habetur, *c. cum inter. ext. de re iud. l. res iudicata, vbi Dec. num. 1. ff. de reg. iuris l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. Dec. conſil. 445. num. 25. Zaſ. conſil. 3. num. 1. 2. 3. & 4. vol. 1. Rol. à Vall. conſ. 98. n. 2. vol. 2. Maſc. rel. loc. nu. 14.*

Quo ratio ampliatur procedere, etiamſi iudex iniqua decernat *l. pen. ff. de Iuſt. & iure. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad S. C. Trebell. l. ſed ſi contra. in princ. ff. de agn. lib.*

Secundo ampliatur, vt procedat et-
62. iam in iis, quæ iuris ſunt naturalis †
quia ſententia naturæ comparatur, *l.*
*1. in fin. ff. de argum. lib. l. quotieſcunque. C. de*
*decurionibus lib. 10.*

Ampliatur tertiò, ſiue feratur à iu-
dice. *l. 1. ff. de re iudic. ſiue ab arbitro. l. 1. l. 3.*
*§. 1. leg. idem Pomponius. 14. §. recepiſſe. ff.*
63. *de recept. arbitr.* Hinc eſt, † quod ſem-
per pro ſententia adeoque iuſtitia e-
ius præſumatur. *gloſſ. in auth. generali-*
*ter. verb. iniuſte. Cod. de Epiſ. & cleric. fuſe*
*Gab. Rom. lib. 2. de ſent. concl. 6. nu. 1.*

Secundò limitatur noſtra conclu-
64. ſio † ſi ſuper errore tranſactum ſit, quo
caſu partes ſub prætextu erroris con-
tra tranſactionem venire nequeunt,
*d. hac l. vnica. vbi Dd. communiter. Bart. Bal.*
*Caſtr. Alexand. & Iaſ. num. 1. Dec. num. 4.*
*Weſenb. nu. 8. prope fin. Phil. Franc. in d. c. v-*
*nico de cleric. ægrot. in 6.* Ratio limitatio-
65. nis eſt: quia † tranſactio vim rei iudica-
tæ habet. *l. noſtram. ibi vel tranſ. non mino-*
*rẽ. 20. C. de trãſ. Dec. hic. n. 4. Soc. Iunior cõſ. 32.*
*n. 6. vol. 3. Ceph. conſ. 66. n. 24. & cõſ. 183. n. 84.*

*Bero.*

*Bero. conſil. 176. nu. 27. vol. 1.* Atqui contra ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, venire non licet: † cum pro 66.
veritate habeatur *c. cum inter. de re iud. l. res iudicata. ff. de reg. iuris.* Ergo nec contra tranſactionem. *ita Rol. à Vall. conſ. 28. n. 17. vol. 4.* Hinc eſt, quod † tranſactio- 67.
ne interueniente, lis ſeu controuerſia terminetur; *l. ſi quis in conſcribendo 51. C. de Epiſ. & cleric.* Cuius exceptio ea propter litis finitæ, & litis ingreſſum impediens dicitur. *l. eleganter. 23. §. ſi quis poſt. ff. de cond. indeb. c. 1. de litis conteſt. lib. 8.*

Tertiò fallit noſtra concluſio, † ſi 68.
iuſiurandum interueniat. *Bart. in auth. Sacramenta puberum. num. 10. Salic. num. 20. Iaſ. num. 56. Cod. ſi aduerſ. vendit. Dec. in hac lege noſtra. nu. 4. Weſenb. ibid. num. 8. in fin.* Quia iuramentum litium finiendarum maximum eſt remedium, *author. Epiſt. ad Hebræos cap. 6. verſ. 16. facit. l. 1. ff. de iureiur.*

Hic de effectibus iuramenti & ſcitu & notatu digniſſimis, paucula aliqua notanda veniunt quorum pri-

69. mum eſt, † quod vim habeat plenæ probationis, *ſecundum Iaſon. in §. item ſi quis poſtulante num. 4. Inſtitut. de act. facit quod not. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiuran.* vbi Vlpi. inquit: Perinde haberi, quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet. *Similis textus eſt in l. fin. §. licentia. C. de iure delib. ibi:* vel per Sacramentum illius, ſi aliæ probationes defecerint. *Salic. ad rubr. C. de probat.* quod intelligẽdum eſt tantum de iuramento deciſ. ſiue *l. non erit. §. dolo. & l. nam & poſtea. §. 1. ff. de iureiuran. Ang. in d. §. item ſi num. 1.*

70. Secundus effectus eſt, † quod iuramentum æquiparetur ſententiæ: eandemque vim habeat. *Iaſ. d. §. item ſi quis nu. 3. & 4. Ang. ibid. nu. 1. facit text. cum gl. in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ff. de iureiur:* *vbi Bart. Bald. in l. 1. col. 1. nu. 2. C. de execut. rei iudic.* Nam quemadmodũ ſententia, quę in rem iudicatam ex non debito debitum faciat. *l. 1. C. de cond. indeb. l. ſi fideiuſ-*
71. *ſor. 29. §. pen. ff. mandati.* ita etiam † iuramentum ex non debito debitum facere

re dicitur, *Ang. rel. loc. nu. 1. Iaſ. nu. 4.* Et ſicuti ſentẽtia litem terminat per vulg. ita & † iuramentum controuerſiæ finem imponit, & per iſtud terminatur. *d. l. 1. ff. de iureiur.* Et ſicut ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, pro veritate habetur *c. cum inter. ext. de re iud. l. res iudicata, vbi Dec. num. 1. ff. de Reg. Iur. l. ingenuum. ff. de ſtat. hom.* ita † & iuramentum veritatis naturam ſapit. ita *Ang. in d. §. item ſi quis. nu. 1. Inſtit. de act.* Vnde ſicuti computatio erronea poſt ſententiam quæ in rem iudicatam tranſiuit retractari nequit, per ea quæ ſupra limitatione prima dicta ſunt: ita nec iurata computatio prætextu erroris reuocari poteſt. 72. 73.

Tertius effectus eſt, † quod iuramentum habeat vim litis conteſtationis, & actionem perpetuet, præſcritionemq; interrumpat. *l. nam poſtea. §. ſi his qui temporali. vbi Bar. ff. de iureiur. Fran. Aret. in l. ait prætor. §. ſi is qui. ff. eod. Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 5.* 74.

Quartus effectus eſt, † quod ſup- 75.

pleat ſolemnitates, ſecundum *Pan. in c. cum contingat, ext. de iureiur.*

76. Quintò, † iuramentū tollit reſtitutionem in integrum. auth. *Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. vbi Dd. com.*

77. Sextò, † iuramentū habet vim & effectū ſpecifici cōſenſus. *c. qui ex reſcripto. ext. de iureiu. Bal. in l. 1. n. 4. C. commod. Alex. in l. ſciendum. ff. de V. O. & conſ. 27. n. 7. vol. 1.*

78. Septimò, † iuramentum habet paratam executionem. *Bart. in l. 2. in fin. ff. de iureiur. Ang. in d. §. item ſi quis. nu. 1. ibid. Iaſ. n. 17. Inſt. de act.* quod quando procedat, fuſe tradit idē *Iaſ. rel. loc. n. 87. & ſeq.*

79. Octauò, iuramentum contractum aliàs inualidum validat, facitq; cōtractum valere omni meliori modo, quo valere poteſt *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de l. 2. auth. Sacramenta puberum, vbi Iaſ. num. 33. C. ſi aduerſ. vendit. c. 1. §. item Sacramenta. de pac. iuram. firm. Bald. in c. licet. mulierem ext. de iureiur. Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 10. &c.* Quod tamen limitatur non

80. procedere † in his, de quibus ſpecialis fieri debet mentio, quo caſu non operatur

ratur, vt ad ea extendi valeat. *Lud. Rom. in l.1.§.ſi quis ita ff.de V.O.Iaſ.in l.de his.ff.de tranſlatè Gram. deciſ.57 nu.27.* vbi ad hoc multas adducit auctoritates.

Nonò, † iuramentũ excludit pœnitentiam. *gl.in l.ſi pecuniam.8.verb.neceſſ.ff. de cond.cauſa data.Alex.Dd.in l.2.§.ſed etſi ff.de donat.* 81.

Decimò vim habet iuramentum clauſulæ derogatoriæ. *Bart.in l.omnes.n. 33.ff.de Iuſt.& iur.Iaſ.in l.ſi mihi.12.§.in legatis.n.5.ff.de leg.1.*

Vndecimò † iuramentũ habet vim nouationis & delegationis. *l.qui iuraſſe. §.fin.iuncta gl.ibid.ff.de iureiur.Iaſ.d.§.item ſi quis.nu.7.Inſt.de act.* 82.

Duodecimò, † iuramentum vim ſolutionis habet. *l.iuſiurandum & l.duobus.§.item à fideiuſſ.ff.de iureiur.* de qua re videatur. *Iaſ.rel.loc.n.8.* Decimotertiò, † habet vim acceptilationis. *l.iuſiur.à debitore exactum.ff.de iureiur.Iaſ.rel.loc.nu.9.* 83. 84.

Decimoquartò, † iuramentũ habet vim expreſſæ renũtiationis ſeu ſpecialis expreſſionis, *tex.eſt in l.cũ pater.79.§.filius.* 86.

*lius matrem. ff. de l. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfatione. nu. 132. C. de reuocand. donat. Bal. in l. 1. num. 4. ibid. Sal. nu. 8. C. commod. Alex. in l. ſciendum. ibi Bart. nu. 4. ff. de V. O. Bald. in c. ex reſcripto. nu. 2. de iureiur. Iaſ. in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. iud. ſiſt. Hipp. de Marſil. ad rub. de fideiuſſ. num. 9. Boer. deciſ. 221. num. 13; Gozad. conſ. 32. nu. 14. Gail. lib. 2. obſer. 27. num. 23. Valent. Franc. de fideiuſſ. cap. 5. num. 363. late Surd. de aliment. titul. 9. quæſt. 15. num. 17. latius Benckendorff. ad. l. 1. limit. 1. memb. 4. p. 4. n. 23. ff.*
86. *de reg. iur.* Ex quo infertur, quod † fideiuſſor, qui iurato fidem ſuam aſtringit, excuſſionis beneficio ſe abdicaſſe intelligatur, etſi eidem non expreſſe renunciarit. *ita Bald. in d. c. ex reſcripto. num. 2. & 5. ext. de iureiurand. Tiraquel. in l. ſi vnquam. 8. in præfat. nu. 137. & 152. C. de reuoc. donat. Bald. in l. 1. nu. 4. Salic. nu. 8. C. cōmod. Bart. in l. ſciendum. nu. 4. ff. de V. O. Iaſ. in l. ſub prætextu. 29. nu. 3. C. de tranſa. & in l. ſi conuenerit. n. 15. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. ſancimus. nu. 9. C. de teſt. & in l. certum eſt. n. 4. ff. ſi cert. pet. Decius conſ. 432. n. 25. Soc. conſ. 136. in fin.*

*fin.vol.1.Alex.conſ..29.n.38.vol.7.Grat.conſ. 28.nu.16.vol.1.Curt.iunior conſil.263.nu.46. vol.3.Weſenb.conſ.10.nu.41.& conſ.15.n.64. Capell. Thol.deciſ.130.fuſe Gail.d.obſer.27.n. 22.Val.Franc.d.c.5.nu.362.* vbi multas adducit auctoritates. Idem attigi in proceſſu hiſtorico, *part.1.cap.6.obſer.5.nu.22.* Et pro tali caſu volunt Dd. fideiuſſorem teneri, non vt fideiuſſorem, ſed vt principalem ipſum. *Alciat.in c.cum contingat.nu.174.de iureiur.* Quia iuramentum facit actum valere eo modo, quo poteſt. *d.l.cum pater. §.filius matrem.ff.de leg.2.*

Decimusquintus effectus eſt, † quod iuramentum vicem ſuſtineat clauſulæ, Rato manente pacto, de non veniendo *contra l.qui fidem.ff.de tranſact.l.cum proponas. vbi Bart. Bald. & Dec. C.eodem. Bald.in l.ſi quis maior.nu.12. Ang.nu.5.Iaſ. nu.22.C.eod.tit. Ant.de But.in c.dilecti.nu. 25.de arbit. Panor.in c.per tuas.nu.13.eod.Felin.in c.ad noſtram. extr.de iureiur. Iaſ.conſ. 9.num.7.vol.1.Socin.iunior conſil.23.num.6. vol.2.Cephal.conſil.35.nu.25.Franc.Mar.de-* 87.

*ciſ.413.part.1.Iaſ.in d.§.item ſi quis.nu.15.Inſtit.de actio. Cuno de pactis, cap.4.nu.26.Gail. lib.1.obſ.150.nu.14.* Quod ampliatur pro-
88. cedere, † tàm in contractibus, quàm in compromiſſis. *Pan. d.c. per tuas. nu.13. de arbit.* Quæ ampliatio procedit de iu-
89. re Canonico, † ſecus verò de iure Ciuili. Hoc enim iure tantum in contractibus, non item in compromiſſis locum habet. *Baldus in l. nec arbitris. C. de arbitris. Gail. rel. loc. num. 14. Cuno. d. cap. 4. num. 27.* Plures alios affectus ponit *Iaſ. in d. §. item ſi quis. Inſtit. de act.*

90. Verùm † quamuis *Weſenb. hic nu. 8. prope fin.* huic fallentiæ ſimpliciter ſubſcribat: ego tamen ſalua tanti viri auctoritate rem diſtinguendam eſſe cenſeo. Aut enim ſimpliciter nulla facta erroris mentione iuratum eſt: aut de errore expreſſe cogitatum eſt. Priori caſu ſententia Weſenbecii non obtinet: Primò, quod iuramentum non extendatur vltra iurantis intentionē: neq; conſenſum ſuppleat. *l. fin. C. de non numerat. pec. Gram. deciſ. 76. num. 18.*

Secun-

Secundò, † quia vbi actus ratione 91.
defectus conſenſus non valet: ibi iuramentum nihil operatur. *Bald. in l.1.n. 4. verſic. ſecundo quæritur. C. commod. Rom. conſil. 167. incip.* in caſu propoſitæ conſultationis. *Aret. conſ. 24. incip.* quatuor dubia. *colum. 2. Iaſ. in l. ſi conuenerit. nu. 17. ff. de iuriſd. omn. iud.* Sed erronea † com- 92.
putatio non valet. Error enim facit deficere conſenſum: Dd. hic. Ergò nec iuramentum facere poteſt, quo valeat.

Tertiò, † conſenſus iuratus tantùm 93.
operatur, quantùm conſenſus geminatus. *c. cum contingat. ext. de iureiur. Fel. in c. ſi cautio. nu. 39. eod. tit. per auth. ſi à me. C. ad Senatuſcon. Vell. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 347. nu. 40.* Sed conſenſus geminatus nihil operatur in erronea computatione per ea, quę ſupra ad ampliationem primam dicta ſunt. Ergò nec iuramentum.

Quartò, † iuramentum intelligitur 94.
rebus ſic ſtantibus, *l. fin. ff. ad munic. gl. in c. fin. verb. pacto, per illum text. de hæret. Pan.*

*in c.*

*in c. veritatis. nu. 39. ext. de dol. & cont. Socin. in l. fin. nu. 4. per illum text. ff. qui ſatiſd. cog. Iaſ. in l. quod ſeruus. num. 9. ff. de cond. ob cauſam. Paul. de Caſtr. conſil. 34. vol. 1. Socin. conſ. 58. nu. 3. verſ. confirmat. vol. 3. Decius conſil. 335. col. 3. verſ. præterea.*

95. Quintò, † quod iuramentum non extendatur ad ignorata, ſed tantum ad ea, de quibus cogitatum eſt. *per text. in c. interueniens. & c. quinta vallis. ext. de iureiur. text. in l. fin. C. de non numerat. pec. & in c. 2. vbi gl. verb. iurameutum. de renunciat. Panor. in c. 1. nu. 21. de iud. Dec. conſ. 352. nu. 7. Guid. Pap. deciſ. 199. nu. 3.* Si igitur de errore in iuramento cogitur non eſt, nihil efficit. At ſi ſuper errore expreſſe iuratum eſt, tunc reuocationi locus nullus relinquitur.

96. Quartò fallit, † ſi computatio in iudicio facta ſit, quo caſu amplius infringi nequit. *ita Paul. de Caſtr. hic uu. 2. in fin. vbi allegat l. 1. C. de confeſſ. & l. vnicam. C. de omni agro deſert. lib. 11.* Ratio limi-
97. tationis eſt: quia † maiorem vigorem habent, quæ in iudicio aguntur, quàm

quæ

quæ extra iudicialiter facta ſunt. *l.1. C. de præd.decur.lib.10.l.pacta nouiſſima.12.ibi.* apud acta præſidis. *vbi Bald.nu.1. Caſtr. nu.3. Alex.nu.2.& 3. Iaſ.nu.5. Dec.nu.6.C.de pact.Iaſ.in d.l.ſi conuenerit.nu.19.ff.de iuriſd. omn.iud.* Præſentia † enim iudicis facit ceſſare dolum. *Dd. in d. l. pacta nouiſſima.vbi Caſtr.nu.3.Iaſ.nu.6.* 98.

Deniq; limitatur concluſio, † ſi error modicus ſit, quo caſu calculus prętextu erroris non vitiatur. *text. eſt in l. quamuis.32.ff.de cond. & demonſt. Bald.in l. 1.nu.2. circa medium.C.ſi aduerſ.vend. & in l.pro hæreditarijs.nu.5. verſ. vndecimo. C.de hæred. act.& in c.ſi proponente.num.4.de reſcript.Iaſ.hic nu.4.* Ratio huius eſt, † quia pro modica læſione non datur reſtitutio *per l.ſcio.4.ff.de in integ. reſtit.l.1. C.ſi aduerſ.vend.gl.in c.1. de in integ. reſtit. Bald.in l.ſi in emptione.ff.de minoribus.Alex.in l.1.§. nunciatio. ff. de noui op.nunciat. Iaſ. conſil. 63.col.5.& ſeq. vol.3.* Rationis ratio, † quia modicum & nullum æquiparantur. *c. licet cauſam, ibi, modica vel nulla, de probat. c. cum te. de iud. c. reuera. de conſecr. diſt.2.* 99. 100. 101.

*diſt.2.c.temerè. vbi gl. verb.præterijt.diſt.31.*
102. Quæ autem † modica cauſa dicatur, propter qualitatem perſonarum, certa regula definiri non poteſt: Quod enim locupleti, & aſſiduo viro modicum eſt, illud pauperi maximum eſſe videtur. *l. legitimos. ff. de leg.tut.* ideoque hoc iudicis arbitrio relinquendũ eſt, cuius religio ex perſonarum qualitate negotium definiet. Cuius rei etiam mentionem feci in proceſſu hiſtorico. *part.1.cap.4.obſ.6.nu.9.& ſeqq.*

Porrò Doctores noſtri legem hanc etiam extendunt ad confeſſionem, quorum veſtigia ſequentes aliam con-
103. ſtituemus regulam: Quod † confeſſio erronea non ſolùm non probet, ſed etiam prætextu erroris reuocari poſſit: *ita eſt text. in c. fin. ext. de confeſſis. vbi Bald. num.16. text. in l. error. 7. vbi Bald. nu. 1. & 12. Iaſ. num. 29. C. de iuris & facti ignor. text. in l. non fatetur. vbi Bart. num. 10. Zaſ. nu.1. ff. de confeſſ. Dd. in hac l. noſtra, vbi Bald. nu.1: Caſtr. nu.2. Aret. nu.1. Alex. nu.2. Iaſ. nu. 7: Rom. in l. ſi verò. § de viro. num. 59. ff. ſolut.*

matri-

*matrimon. Bald.in c. quoniam 11. nu.19. ext. de probat. Rom.conſil.391. Dec.conſil.408.nu. 5. Socin.conſil.97.vol.4. Specul.tit.de poſit.§. fin. num. 8. verſic. item ſi ponens. Maſcard. volum.1.concluſ.378.num.1.& volum 3.concluſ.1176.num.17.& ſeq. Reformatio Frãncofurt.part.1.tit.29.§.2.*

Tum quia error non debet veritati præiudicium afferre, per ſupra adducta, *num.21.*

Tum † quia non fatetur, qui errat. 104.
*ita Vlp. in l.2.ff.de confeſs.d.l.error.7.C.de iuris & facti ignor. l. 1. C. de falſ. cauſa adiect. leg. l. de ætate. §. qui iuſtè. ff. de interrogat. act.*

Tum, quia quicquid cauſam, id eſt, conſenſum impedit, impedit & effectum, id eſt, confeſſionem. Effectus † 105.
enim regulatur ſecundũ ſuam cauſam. *l.manumiſſiones. 4. vbi Bald. n.3. ff. de iuſtit. & iure. Iaſ.in l.in ſuis.nu.33.ff.de lib.& poſth. & in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu.21.in fin.ff.de V.O. & in l. quo minus.num.17.ff.de flum.Socin.conſ.24.n.11.vol.1. Menoch.lib.1. de præſum.præſum.39.n.13.* Sed † error im- 106.

pedit

pedit cauſam, id eſt, conſenſum, *l. ſi per errorem 15. vbi Alex. in pr. Socin. nu. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. in princ. ff. de iud. l. non idcirco. C. de iuris & facti ignor.* Vbi dicitur: Errantis nullum eſſe conſenſum, *facit l. nihil conſenſui. §. non videntur, vbi Dec. num. 1. & 2. dicit*, regulam hanc non habere limitationem. Sequitur *Cagn. nu. 1. ff. de reg. iur.* Ergò & effectum impedit, adeo q; confeſſionem.

107. Dicitur † autem confeſſio erronea, cum res aliter ſeſe habet, quàm confeſſus arbitrabatur. *c. in quibus. 22. quæſt. 1. dict. l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

Ampliatur concluſio primò, vt pro-
108. cedat, etiamſi † ſæpius repetita & deliberata ſit, *Dd. in hac l. noſtra, vbi Bald. n. 1. Alex. n. 2. Caſtr. n. 2. Iaſ. n. 7. Aret. n. 1. Ioan. And. in c. fin. de iureiur. in 6. Ant. de But. in c. fin. de confeß. Bald. in l. iuſiurandum. ff. de iureiur. & in l. error. 7. n. 12. vbi Iaſ. nu. 29. C. de iuris & facti ignor. Rom. in d. l. ſi verò, §. de viro. n. 59. ff. ſolut. matr. Ruin. conſil. 10. n. 19. vol. 3. Decius conſil. 408. nu. 5.*

Et quamuis † in hoc diſſentiat *gloſ.* 109.
*in c. literis ex verb. admonita in fin. de diuort.*
vbi confeſſio facta poſt terminum ad
deliberandum datum reuocari non
poteſt, quamuis de errore appareat,
*ſequitur gloſ. in c. fin. verb. iuxta. de iureiur.*
*nu. 6. vbi Anch. & Gem. circa fin. Felin. in c.*
*ſi cautio. ext. de fide inſtr. Bald. in c. dudum.*
*54. num. 34. de elect. & in leg. non ſolum. num.*
*5. verſic. vlterius. ff. de procurat. & in l. ſiqui-*
*dem. in fin. Cod. de except. & in l. cum pre-*
*cum. num. 6. verſic. ſi autem. Cod. de liberali*
*cauſa Bart. in l. cum ſcimus. C. de ag. & conſil.*
*lib. 11. Hipp. de Marſ. in l. 1. §. quæſtioni. nu.*
*27. ff. de qq. Anch. in c. 1. in pr. de accuſat. lib. 6.*
*Romanus conſ. 364. nu. 10.*

Cum † repetitio ſiue actus reitera- 110.
tio deliberationem præſupponat. *gl. in*
*c. ſi quis iratus. 2. q. 3. verb.* iterare, adeoque
erroris præſumptionem tollat, *ſecun-*
*dum Decium conſ. 185. nu. 10.* Et quod con-
ſequens eſt, enixam voluntatem indu-
cat *arg. l. Baliſta. ad S. C. Treb. Marſ. in d. l. 1.*
*§. quæſtioni. ff. de quæſt. Dec. conſ. 179. num. 6.*
*NeuiZan. conſ. 87. nu. 11.*

111. Verumtamẽ reſpondetur,† dictam, *gloſſ. in d. c.* ex literis eam procedere tribus concurrentibus, ſcilicet ſi pars in termino ad deliberandum dato, de veritate, & in proprio facto reſpondeat, illaque reſponſio à parte aduerſa acceptetur. *ita Bald. in d. c. dudum. 54. num. 34. de elect. & in l. Gallus. §. quidem recto. ff. de lib. & poſthum. Iaſon. in dict. leg. vnica. num. 8. & 9. Cod. hoc titul. Cæpolla caut. 69. & Nicol. Euerhar. in loc. à vi gem. nume. 11.*

Nec quicquam facit ratio in con-
112. trarium adducta: cum † etiam deliberando errare quis poſſit. *Alexan. in hac l. vnica. nu. 2. Iaſ. nu. 8. Bald. in d. l. error. 7. nu. 12. Iaſ. num. 28. C. de iuris & facti ignor. per l. de ætate. §. in cauſa. ff. de interrog. act.* Hinc
113. fit, quod reus, † cui licet ad reſpondendum cõceſſæ ſint dilationes, auth. offeratur. *C. de litis conteſt.* nihilominus tamen errorem ſuum reuocare poſſit. *d. l. error. 7. C de iuris & facti ignor. ibid. Bal. ſequitur Rom. ſibi contrarius in dict. leg. ſi vero. §. de viro. fall. 401. ff. de ſolut. matrim.*

Iaſ.

*Iaſ.num.8.* Priorem itaque † ſententiam 114.
veriorem, magis communem, communiterque receptam, & approbatam dicunt Dd. hic. *vbi Dec. Iaſ. num. 8. in fin. Ioan. Andr. in c. fin. de iureiur. in 6. Anton. de Butr. in c. fin. de confeſſ. Anton. Gab. Rom. lib. 1. de confeſſ. concluſ. 5. num. 1. in fin. Nicol. Euerhar. in loc. à. vi gemin. num. 11. Hipp. de Marſil. in princ. crim. §. quoniam. num. 6. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 378. num. 1. & 2.*

Ampliatur ſecundò, vt procedat 115.
concluſio, † etiamſi cõfeſſio in iudicio facta ſit, quia ne tum quidem probato errore confitenti præiudicat, *ita Lucas de Pen. in l. errat. C. de caſt. pec. lib. 11. colum. 5. Bero. conſ. 152. n. 8. & 9. lib. 1. & conſ. 206. n. 35. lib. 3. refert & ſequitur Maſc. de prob. vol. 2. concl. 645. nu. 3.*

Licet enim † aliàs confeſſioni pro- 116.
priæ in iudicio factæ, *ſtetur. per text. in c. literas. 14. de præſumpt. & cap. ſupra quidem. 26. de V. S. Frider. de ſen. conſil. 157. in fin. Burſat. conſil. 213. numer. 8.* quippe † 117.
quod eiuſmodi confeſſio pro veritate

 ha-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-257502-p0055-7

habeatur, *pen. text. in l. vnica. C. de confeſſ. & l. pacta nouiſſima. 12. vbi Dd. Cod. de pact.* attamen hoc κατὰ παντὸς verum non eſſe,
118. ſed tum demum procedere conſtat, † quando confeſſio in iudicio facta, eſt omni exceptione maior: id eſt, legitime facta, adeo, vt ei penitus nihil opponi poſſit, *argumen. leg. non putauit. §. non quamuis. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* vbi dicitur: Nam quamuis hæreditatem ſubmouere filium à contra tabulas bonorum poſſeſſione, ſed eam quæ
119. ritè facta eſt. † Ad hoc autem, vt cõfeſſio legitima ſine omni exceptione maior dicatur, requiritur, quod confeſſus ſit maior 25. annis, ſanæ mentis, dominus cauſæ, & contra ſe, in iudicio, præſente aduerſario, coram competenti iudice, ſponte non errore inductus, veritatem rei vel negotium confiteatur, iuxta verſus quos refert Hoſtienſis *in ſumm. de confeſſ. §. qualiter. num. 1.*

*Maior, ſpontè, ſciens, dominus, pars, lis, ſed & in ſe.*
*Confeſſus certum compos præ iudice, iure,*

*Damna-*

*Damnatur, niſi lex, fauor, aut natura repugnet.*

Vbi igitur † confeſſio erronea eſt, 120.
non dicitur omni exceptione maior, adeoque non legitima, *l. 2. ff. de confeſſ. l. error. 7. C. de iuris & facti ign.* neque confitenti nocet. *l. 1. in prin. ff. de quæſt.* Ergo prætextu erroris reuocari poteſt.

Ampliatur tertiò, † vt confeſſio er- 121.
ronea reuocari poſſit, non ſolum in continenti, ſed etiam ex interuallo ad ſententiam excluſiue. *Zaſ. nu. 7. & 8. gloſ. in c. fin. verb. iuſta cauſa. de iureiur. in 6. Abb. in c. cum cauſam. col. 2. de appel. Dec. hic nu. 8.*
Quæ † ampliatio declaratur procede- 122.
re, quando cauſa errorem reddit probabilem in facto proprio, & tractetur de damno euitando, nec per aduerſarium acceptata ſit. *Bald. in l. Gallus. §. quidem recte. ff. de lib. & poſth. & in l. quicquid reſtringenda. in fin. ff. de V. O. Dec. hic num. 8.*

Ampliatur quartò, † vt confeſſio 123.
erronea reuocari poſſit etiamſi eſſet iurata. *Anton. de Butr. in c. fin. colum. 14. de confeſſ. Bald. in l. error. 7. num. 12. ibid. Iaſ.*

*num.30. C. de iuris & facti ignor. Idem Iaſ. hic.num.9. Rom. in l. ſi vero. §. de Viro. fall.31. ff. ſol.matrim. Dec.conſ.408. num. Rom. conſ. 391.nu.4. Gram.volo.10.num.33. & ſeq. Ioan. Maria Monticellus in praxi crim. reg. 20. nu.10. Maſc. de probat. vol.1.concl.347.nu.49. & 378.nu.3.*

124, Quamuis † enim iuramentum vim & effectum habeat conſenſus ſpecifici. *text. eſt in c. ex reſcripto. de iureiur. Bald. in l.1.num.4. C. commod. Alexan. in l. ſciendum. ff. de V. O. & conſ.27.num.7. vol.1.* ad-
125. eò, † vt actui ſuper quo interpoſitum eſt, robur addat, de nullo faciat aliquem, de inualido, validum. *c. cum contingat, de iureiurand. cap. licet mulieres. ibi firmantes. eod. in 6. leg.1. & auth. Sacramenta puberum. vbi Iaſo. num.33. Cod. ſi aduerſ. vend. Nicol. Euerhard. loc. à vi iuramenti.*
126. *num.5. & ſeqq.* † imò facit actum valere omni meliori modo, *l. cum pater. §. filius matrem, vbi Bartol. & alij. ff. de leg.2. Iaſon. in l. ſi conuenerit. num. 8. de iuriſdict. omn. iudic. Nicolaus Euerhard. relat. loc. nume. 20.* Et aliàs iuramenti maximam

vim

vim & importantiam eſſe, ex ſuprà adductis patet.

Veruntamen † ſciendum, quod vbi 127.
actus non valet ex defectu conſenſus, ibi iuramentum nihil operatur. *Bald. in dict. l. 1. nu. 4. verſ.* Secundò quæritur. *C. commod. Iaſon. in l. ſi conuenerit. num. 17. ff. de iuriſdict.* Atqui confeſſio erronea non valet propter defectum conſenſus, cum errantis nullus ſit conſenſus. *l. ſi per errorem. 15. ff. de iuriſdict. l. nihil conſenſus. § non videntur. vbi Dec. num. 1. & 2. ff. de R. I.* Non igitur † iuramento con- 128.
firmari poteſt, *arg. c. quando. 18. de iureiur. c. homines. 22. quæſt. 2.* quamuis priorem communem dicat. *Monticell. rel. loc. n. 11.*

Quintò ampliatur † vt procedat et- 129.
iam in cauſa libertatis. *l. cum teſtamentum. 8. vbi Iaſ. n. 1. C. de iuris. & facti ign.*

Ampliatur ſextò, † vt confeſſio er- 130.
ronea reuocari poſſit non ſolum per ipſum confitentem ſed etiam eo mortuo per eius hæredes. *Iaſ. in d. l. cum teſtamentum.*

Ampliatur ſeptimò, † etiãſi confeſ- 131.

ſio inſtrumento eſſet comprehenſa, nihilominus docti errore reuocari poteſt, *ita Iaſ. in l. error. 7. num. 29. C. de iuris & facti ignor.*
132. Diſſentiunt † in hoc *Innoc. in c. cum olim. ad fin. de cenſibus, & in c. cum venerabilis, de except. Anton. de Butr. in c. fin. col. 13. de confeſſ.* quos refert *Iaſ. in d. l. error. 7. n. 8. & ſequitur Weſenb. conſ. 72. num. 35.* Cum
133. in dubio, † pro inſtrumento præſumendum ſit. *l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & fact. ignor. l. cum precibus. 18. C. de probat. vbi Bald. Salic. & Dd. Paul. de Caſtr. conſil. 261. num. 1. vol. 2. Alex. conſil. 97. num. 3. vol. 7. Rolan. à Valle conſil. 89. num. 1. volum. 1.*
134. Quam † præſumptionem duplicem conſtituit *idem Bald. in l. 1. in prin. C. de teſtib. & in c. illud de præſumpt.* Primo quod ſit verum: Secundo, ſolemne: ſequitur *Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. num. 2. Cod. de iuris & facti ignor. Bald. conſil. 179. num. 3. volum. 2. Cornet. conſ. 73. in prin. verſic. circa quod videtur. volum. 1. Pariſ. conſil. 77. num. 5. volum. 3. Natta conſil. 146. num. 18. & conſil. 194. num. 3. Socin. conſil. 95. num. 2. vol. 2.*

*volum.2.Dec.conſil.101.num.1. verſic.ſed tamen his. Grat. conſil.11. num. 3. volum. 2.& conſil.126.num. 2.conſil.140.num.52.volum. 1.Mandoſ.conſil.120.nu.10.vol.1. Petr. Ger. ſing.37. Maſcard.de probat. volum. 2. concluſ.905.nu.1. Matth. Cuno de pact. lib.1.cap. 11.num.77.& ſeqq.* † Prius tamen dictum 135. verius eſſe exiſtimo: Nam quamuis inſtrumentum habeat præſumptionem, illa tamen præſumptio non eſt iuris, neque de iure: propterea probatio in contrarium admittitur, *Rim. ſen.Conſ.407.nu.1.vol.3.*

Octauo ampliatur, † ſiue error ſit 136. facti, ſiue iuris, *ita Paul. de Caſtr. in leg. ſi poſt diuiſionem. num.1.Cod.de iuris. & facti ignor.Decius conſil. 408.num.5. Maſcardus de probationibus, volum.1.concluſ.378.numer.4.*

Nono ampliatur, † vt procedat non 137. ſolum in Ciuilibus, ſed etiam in Criminalibus. *Iaſon. in leg. magiſtratibus.numer. 6. ff. de iuriſdictio. Monticellus in praxi criminali regula. 20. numer.1. & per totum.*

Fallit hæc concluſio primò, quan-
138. do † talis confeſſio eſſet in actis, & in ſcriptis redacta: quia tunc non poterit reuocari propter errorem. *gl. ſingularis in c. apud. 32. q. 1. Ant. de But. in c. fi. de confeſſ.*

139. Fallit ſecundò, † quando non poteſt reuocari confeſſio propter errorẽ poſt concluſionem in cauſa. *Archi. & Io. And. in nouell. in c. 2. de reſtit. in integr.*

140. Fallit tertiò, † quando iurauit dicere plenam veritatem circa inquiſita: quia tunc confeſſio non poteſt reuocari prætextu erroris, *vt per Ant. de But. in c. fin. in 18. col. extra de confeſſ. & in c. cum dilecti. de fide inſtr.*

141. Fallit tandem, † quando procedit inſtrumentum: quia videtur fateri contenta, quo caſu talis confeſſio non poteſt reuocari: *ita Ant. in d. c. fin. in 18. col. alleg. Innoc. in cap. cum olim. de cenſibus.* quæ fallentia mihi non placet, per ea, quæ ſupra ad ampliationẽ ſeptimam, *num. 131.* dicta ſunt. Has & alias fallentias ponit *Socin. reg. 64. & ſeqq.* quas ibi videre licet.

Secun-

Secundò extenditur lex noſtra † ad transactionem: Verùm cùm Doctores hic in hoc articulo valde obſcuri ſint, neq; materiam apertè explicent: ideoq; pro maiori intelligentia ita diſtinguendum cenſeo: Aut enim ſuper errore tranſactum eſt, puta, Titius & Caius contendunt de errore calculi, deq; eo per eos lis mouetur iudicialiter, qua pendente tranſigunt partes ſuper huiuſmodi errore: quæſtionis nunc eſt, an huiuſmodi tranſactio retractari poſſit. Et reſpondetur, quod non: ita eſt text. noſter hic: vbi Dd. communiter *Alex. Iaſ. nu. 11. verſic. in ea. Ang. num. 1. Dec. num. 12. verſic. primus eſt.* Aut partes in calculo errant, & cum errore tranſigunt, puta, calcularunt partes, & putarunt triginta & quadraginta facere centum, & prætextu huius erroris centum petita fuerunt, quo caſu tranſactio reſcindi poteſt, ita Alexander hic, vbi inter tranſactionem & promiſſionem differentiam non facit, ſed inquit ſimpliciter; 142.

quem-

quemadmodũ promiſſio per errorem calculi de certa quantitate indebita facta reuocari poteſt: ita etiam tranſactio: cum quo concordat *Bald.num.4.* Et quamuis Doct. huic opinioni non ſubſcribant: attamen ego puto tali caſu tranſactionem reſcindi poſſe. Nam (vt ſupra dictum eſt) quicquid cauſam, id eſt, conſenſum impedit, impedit & effectum, id eſt tranſactionem. Error autem impedit conſenſum, id eſt, cauſam, Dd. hic: vbi Iacob. à Ra. quem refert & ſequitur *Bald. num. 4.* Ergò & tranſactionem *l. obligationum ſubſtantiæ. ff. de actio. & oblig.*

Notandum eſt ex lege noſtra primò, ibi: Rationes ſæpè computatas,
143. &c. dictionem hanc ſæpe † in duobus actibus verificari *auth. de teſtibus, vbi gl. verb. ſæpe l. mariti. 29. §. quæſtum. 4. ff. ad leg. Iul. de adult. text. in l. fin. iuncta rubr. C. ſi ſæpius in integ. reſtit. poſt. Ioan. And. in c. ſæpe. de elect. in 6. Socin. in l. ſi idem cum eodem. nu. 8. ibi Alex. nu. 5. ff. de re iud. Iaſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 9. Socin. nu. 1. ff. de V. O. Alex. in* *l. ſæpe.*

*l. ſæpe. nu. 2. ff. de re iudicat. & in l. ſcire debemus. nu. 5. ff. de V. O. Decius hic nu. 6.* Porro dictionem ſæpius, † qua Dd. promiſcue vtuntur, in tribus aut quatuor vicibus verificari teſtatur, *Socin. in d. l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 1. Iaſ. num. 9. ff. de V. O. Decius hic nu. 6.* Sed quia in hac lege noſtra, Impp. Dioclet. & Maxim. poſitiuo vſi fuere, ideoq; binam computationem ſufficere aliqui contendunt, idq́; ad minuendas lites: quod tamen cum ex mente legis vere apprehendi nequeat, iudicis arbitrio relinquendum cenſeo. 144.

Secundò, ex textu noſtro hic notandum eſt, ex verbis: *Si res iudicatæ non ſint, &c.* † quod tribus modis res iudicata dicatur: Primò, ſi à ſententia lata intra decendium appellatum non fuerit, wo man in zehen Tagen von außgeſprochener Vrtheil nicht appellirt/ *authent. hodie. C. de appellat. & tot. tit. ff. & C. de re iud. l. ſi fundum. §. ſi plures. ff. de pignoribus. gl. in c. non ſolum verb. innouata. de appellat. in 6. Decius in l. res iudicata. num. 1. ff.* 145.

*de reg.*

*de reg.iuris.Paulus de Caſtro conſil.10.num.1. volum.2.*

Secundò, ſi appellatio non fuerit intra anni ſpacium perſecuta, wo man in einem Jahr der Appellation nicht nachſetzt/*l.fin.§.illud.C.de temp.appell.*

Tertiò, ſi tres conformes ſententię latæ fuerint, wann drey gleichlautende
146. Vrtheil gefällt werden/† quo caſu, cùm appellatio permiſſa non ſit, res iudicata dicitur. *l. vnica. C. ne liceat in vna eademq; cauſa ter prouocare.* Quod vltimũ tamen in Camera non attenditur: ſed recipitur appellatio etiam poſt tres conformes ſententias latas, vt teſtatur *Mynſing. cent.1. obſer.15.* Quis autem effectus ſit rei iudicatæ ſupra ad limitationẽ primam, *n.55.& ſeqq.* dictum eſt.

Tertiò ex verbis (*vel tranſactio non*
147. *interuenit*) obſeruandum eſt, quod † tranſactio vim habeat rei iudicatæ, *per text.in l.non minorem.20.vbi Dd. Curt.n.1. Iaſ.n.1.C.de tranſact. Socin.conſil.32.n.6.vol. 3. Cephal.conſ.66.nu.24.& conſil.183.nu.84. Bero.conſ.176.n.27.vol.1. Rol.à Valle conſ.28. nu.17.*

*nu.17.vol.4.* Vnde ſicuti res iudicata ex non debito debitum faciat. *l.1.C.de condict.indeb.l ſi fideiuſſor.29. §.in omnibus.ff. mandati. Iaſ. ad rubr. ff. de re iud. nu.2.* per ea, quæ ſuprà *limit. 1.* dicta ſunt. Ita & † tranſactio ex non debito debitum 148.
efficit: *ita Paul. de Caſtro in l. in ſumma. num.2. ff. de condict. indeb.* In quibus autem ſententia & tranſactio æquiparantur, & quantum differant, fuſè tradit Nicol. Euerhard. *in loc. à ſententia ad tranſactionem, num.1. & 2. per totum.*

Deinde, † tranſactio compromiſ- 149.
ſo æquiparatur. *Bart. in l. prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, Bald. in l. de re. lect. 1. ff. de tranſactio. Alciat. in l. cum te. num. 4. C. de tranſactio. Alexand. conſil. 22. num. 3. volum. 1. & conſil. 119. num 3. volum. 2. Arius Pinell. in l. 1 part. 3. num. 44. propè fin. C. de bon. mater. Caccial. in tractat. de tranſact. quæſt. 7. num. 5.*

Quartò, ex verbis (*promiſiſti*) illud etiam notatu dignum eſt, quod ſi quis certam quantitatem indebitam per errorem promittat, apparente errore

rem

rem condicere poſſit, non ſecus, ac ſi realiter ſoluiſſet per legem noſtram, hic: vbi Impp. Dioclet. & Maxim. ſi per errorem calculi, veluti debitam quantitatem, cùm eſſet indebita, promiſiſti; condictio liberationis tibi competit: Idque ratione non caret,
150. cum † promiſſio & ſolutio à pari procedant. *l. fin. C. ad leg. Falcid. l. ſi patronus. §. 1. ff. de donat. & l. idem eſt. ff. de conſtit. pec. Zaſ. in l. Iulianus, num. 5. ff. de doli mali except.*

Deniq; ex verbis (*liberationis condictio tibi competit*) notandum venit, qualis competat tali caſu actio. Et diſtinguendum eſt: Aut enim indebitum per errorem calculi ſolutum eſt: aut ſine cauſa ſolutum vel promiſſum. Priori caſu competit condictio indebiti: quotieſcunque enim indebitè quid ſolutum ſit, illud condictione indebiti repeti, vel condici poteſt.
151. Hinc definitur † condictio indebiti, actio perſonalis, ciuilis, ſtricti iuris, qua actor intendit, ſibi ex æquitate reddi

reddi à reo oportere, quod indebitè ſolutum eſt. *l. dominus.53.ff.de cond. indeb. §.appellamus, Inſtit.de act. Fulg. in l.his ſolis. nu.1. vbi Iaſon. nu. 1. ff. de condict. indeb. Zaſ.ad rubr.eod.nu.2.* Et ſciendum, quod tali caſu, competat actio indebiti, & directa, & vtilis. Ad hoc autem, † vt e- 152.
iuſmodi actio competat, duo copulatiuè requiruntur: Primò, quod indebitum fuerit ſolutum. *Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi decem.nu.1.ff.de condict.indeb.* Deinde, quod ſolutum fuerit per errorem *Iaſ.in d.l.ſi non ſortem.nu.1.Ang.in §.is quoque.nu.1.Inſtit.quib. mod.re contrahitur obligatio.* Nam † ſi ſciens, ſe non debere 153.
ſoluerit, ceſſat repetitio, *l.1.in fin. vbi Iaſ.nu.12.Zaſ.nu.2.ff.de condict. indeb. Fulg. in l.ſi quis.nu.5.ff.eod.tit.Zaſ.ad rub.eod.n.8.* Etiamſi eo animo dedit, vt repetat. *l. quod quis.50.ff.de condi.indeb.* quia † dona- 154.
re videtur. *l. cuius per errorem.53. vbi Dec. nu.1.Cag.nu.1.ff.de R.I. Paul. de Caſtr. in l.ex hoc iure.num.36. verſic. breuiter. ff. de Iuſtit. & Iure. vbi inquit.* Soluens ſi ſciebat ſe non efficaciter teneri, nec poſſe

compelli ſine dubio non repetit, non propter obligationem, ſed propter ſcientiam, quia videtur donare. Quod enim ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. *capit. quod ſemel. de R. I. in 6.* Et donatio ſemel facta reuocari nequit, niſi ex certis cauſis. *tot. titul. Codic. de reuocand. donat.* Eapropter ad hoc, vt locus ſit contradictio-
155. ni indebiti, † requiritur indebiti ſolutio per errorem facta, quod procedit, quocunque errore ſoluatur, ſemper repeti poteſt, *ita Iaſ. in d. l. 1. nu. 14. ff. de cond. indeb.*
156. Porrò, † condictio indebiti directa competit ei, qui indebitum ſoluerit, ſiue per ſe, ſiue per alium, & eius hæredi, ei quoque, cuius nomine ſolutum eſt, *Fulgoſ. in l. tutores. num. 2. ff.*
157. *de condict. indebit.* & † aduerſus illum, cui indebitè ſolutum eſt, id eſt, qui ſuſcepit, & eius hæredem, in eum quoque cuius nomine ſuſceptum eſt. *Fulgoſ. in l. ſi vrbana. numer. 11. & in l. quod indebitum. num. 1. ff. de condict. indebit. Iaſo.*

*in l.*

*in l. his ſolu. num. 1. ff. eodem.* Vtilis † 158.
verò non ſolum ei competit, qui alieno nomine ſoluerit, illo non habente ratum, ſed etiam alij, quam ei, qui ſoluerit, puta ſi ſcriptus hæres ſoluerit, teſtamento rupto, legitimus vtiliter condicit. *l. idem. cum l. ſequenti, & l. nec nouu. ff. de cond. indeb.*

Datur autem † condictio indebiti 159.
indifferenter ad repetendum non ſolum illud idem, quod indebitè ſolutum eſt, *l. vbi Doct. ff. de condict. indebit. Paulus de Caſtr. in dict. l. ſi non ſortem. §. libertus. num. 2. ff. de dicto titulo:* Sed etiam ad acceſſiones & ad precium, ſi res non extat. *Idem Caſtrenſ. in l. in ſumma. nu. 5. Iaſ. nu. 7. ff. de cond. indeb. Iaſ. in l. Sed & ſi nummi. n. 5. ff. eod.*

Præterea & hoc ſciendum eſt, quod
† indebitum triplici modo intelligatur: 160.
*ſecundum Zaſ. in rubr. ff. de condict. indeb. num. 4.* Primò, quod neque naturali, neque ciuili iure debetur: id eſt, quod planè debitum non fuit: aut fuit quandoque vtroq; iure debitum,

ſed vel ſolutione vel acceptilatione
161. ſublata eſt omnis obligatio: † de ſolutione eſt, *text. in pr. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. l. ſi reus. ff. de procur. Iaſ. in l. 1. nu. 13. ff. de*
162. *cond. indeb.* de † acceptilatione, quæ etiam de communi vtriuſq; partis conſenſu ab eodem nexu abſolutio contingit. *text. in princ. Inſtitut. quib. mod. toll. oblig. l. 1. ff. de acceptilat. Azo in ſum. Cod. de acceptilat. num. 1. Iaſ. in dict. l. 1. num. 13. ff. de condict. indeb. Brixonius in tract. de ſolut. tit. de acceptil. in prin. Sebaſt. Med. in tract. de defin. p. 2. defin. 73. nu. 8. & in tract. de acceptil. q. 1. nu. 1.*

163. Huius rei exempla ſunt: † ſi debitum ſub conditione incerta adeoque per errorem ſolutum ſit: puto promitto mille, ſi nauis ex Aſia venerit, vel ſi Papa in Germaniam venerit &c. qua pendēte, ſi ſoluatur, repetitioni, adeoque condictioni indebiti locus eſt. *l. ſub conditione. vbi Iaſ. num. 2. Caſtr. num. 4. ff. de condict. indebit.* Ratio, quia cum hæc conditio ſe habeat ad eſſe & non eſſe, cenſetur in effectu conditio. *l. dies*

*certus.*

*certus. ff. de cond. & demonſtr.* Vnde † pro- 164.
pter incertitudinem ante conditionis euentum nullo iure debetur. *l. grege. §. fin. ff. de pign. l. ſi quis rem. §. huic. ff. de lib. leg. l. ſufficit. ff. de condict. indebit. vbi Iaſon. nu. 6. Caſtrenſ. num. 1.* At ſi † conditio talis 165.
fuerit, quæ omni modo extitura ſit, caputa, ſi hic, vel ille moriatur, quo caſu repetitio non ſubſiſtit. *Caſtrenſ. in d. leg. ſub conditione. num. 4. ibid. Iaſ. num. 2. ff. de condict. indebit.* Quia † nihil certius 166.
morte eſt, nihil vero incertius hora mortis. *leg. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Ioan. Andr. in c. cum in Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. & in cap. veniens. in fin. de presbyt. non baptizato. Iaſon. in dict. leg. ſub conditione. num. 2. ff. de cond. indeb.* Poteſt & aliud exemplum proponi de furioſo, pupillo, item prodigo, cui bonis interdictum eſt, qui cum iudicio carent, natura non debent. Vnde † ſi 167.
ſine tutoris vel curatoris autoritate ſoluerint, locus eſt repetitioni. *l. interdum. l. quod pupillus. ff. de cond. indebit. l. pupillus. ff. de oblig. & act. l. more noſtro. ff.*

*de acq. hæred. §. nunc admoneri. Inſt. quib. al. licet vel non:* niſi locupletiores facti ſint, & in pubertate ſoluant: quo caſu non repetunt, quippe, quod tunc naturaliter obligentur. *l. naturaliter. §. fin. cum l. ſeq. ff. de cond. indeb.*

168. Deinde indebitum eſt, † quod ciuiliter quidem debetur, ſed non naturaliter veluti cum quis ſcribit, ſe debere, ſed ſpe futuræ numerationis, quæ ſecuta non eſt, aut ſi quis pacto vel iureiurando ſe liberet. *iuxta tit. Inſtit. de liter. obligat. l. fin. in princ. ff. de iureiurand. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut.* Et huc referendæ ſunt omnes exceptionum ſpecies, quæ ad elidendas ſummi iuris actiones perpetuò obſtant, ex naturali æquitate. *Vlp. in l. ſi non ſortem. ff. de cond. indeb.*

169. Tertiò indebitum accipitur, † quod naturaliter quidem, ſed non ciuiliter, id eſt, ciuili iure debetur, vt inter patrem & filium. *l. frater à fratre. 38. vbi Dd. Bald. Caſt. nu. 6. Fulg. nu. 11. Iaſ. nu. 1. Soc. n. 21. ff. de cond. indeb.*

Tum

Tum quia † patria poteſtas de iure ciuili eſt. *l. nam & ciuium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* 170.

Tum, quia † obligationes ciuiles inuentæ ſunt propter iudicia. *gl. in prin. Inſtit. de oblig.* Sed inter † patrem & filium non poteſt eſſe iudicium. *l. lis nulla. ff. de reg. iur.* Ergo † nec obligatio ciuilis. *Caſt. in d. l. frater à fratre. n. 6. ff. de condict. indeb.* 171. 172. 173.

Tum, quia † pater & filius vna & eadem perſona de iure ciuili cenſentur, *l fin. vbi Bald. num. 10. Iaſon. num. 2. C. de impuber. & aliment. ſubſt. Bald. in l. etiam. 5. num. 28. C. de execut. rei. iud. Iaſon. in l. ſciendum. 15. num. 27. ff. qui ſatiſdar. cogun. & in l. in ſuis. 11. num. 16. ff. de lib. & poſthum. & in l. filius. 23. num. 23. & 4. Cod. de pact. Hipp. de Marſil. in l. inauditum. 2. nume. 2. ff. ad l. Cornel. de ſic.* Obligatio † autem ciuilis eſt de iure ciuili. *Iaſon. in repet. dict. l. frater à fratre. numer. 1. ff. de condictio. indebit.* Cum itaque pater & filius vna & eadem cenſeatur perſona, non poteſt vnus alteri ciuiliter obligari 174. 175.

ligari: aliàs enim vnus ſibi ipſi obligaretur: quod dicere abſurdum foret. *ita Iaſ. in rep. dict. leg. frater à fratre. num. 1. Fulg. num. 11.* vbi tres rationes adducit. *ff. de cond. ind.*

176. Deinde † hæc indebiti ſpecies verificatur inter fratres: ſub eadem poteſtate exiſtentes, quia inter ipſos tantum naturalis, non item ciuilis naſcitur obligatio, *ita eſt text. in dict. leg. frater à fratre. 38. vbi Bald. ante num. verſic. nota primo. Caſtr. 12. Socin. num. Fulg. nu. 6. 11. & Iaſ. num. 1. & 20. ff. de condict. indeb.* Cuius ratio eſt, quia quod de vno patitur, de alio denegari videtur *l. ait prætor. 7. §. ſed quod Papinianus. ff. de minorib. Socin. rel. loc. num. 6.* Cum ergo fratres in eadem poteſtate conſtituti, naturaliter obligentur, conſequens eſt, ciuiliter non obligari.

Tertiò locum habet tertia indebiti
177. ſpecies inter † dominum & ſeruum: quia inter ipſos tantum oritur naturalis actio *.l. naturaliter .l. ſi id quod. 64. vbi Iaſ. nu. 1. ff. de cond. indebiti.*

Sed

Sed obiiciet aliquis: In ſeruum nullo iure poſſe naturalem cadere obligationem. Nam de iure naturali primæuo manifeſtè conſtat, illud † commu- 178.
ne eſt omnibus animantibus, *vt in l. 1. in fin. ff. de iuſtit. & iure.* Sed in animantibus brutis † non cadit naturalis obli- 179.
gatio. *l. 1. §. 1. ff. ſi quadr. pauperiem feciſſe dicatur.* Ergò, &c.

Si nec de iure gentium. Nam † quę 180.
iuris gentium ſunt, non cadunt in ſeruum. *l. quod attinet. ff. de reg. iur.* Sed obligatio eiuſmodi naturalis de iure gentium eſt. *l. cum amplius. §. is neceſſaria debet. ff. reg. iur. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut. l. ſi non ſortem. §. libertus, in princ. ff. de condict. indebit.* Ergò, &c.

Similiter nec de iure Ciuili. Nam † 181.
ea, quæ iuris ſunt ciuilis, ſeruis non competunt, neq; in eos cadunt: quia ſerui de iure Ciuili pro mortuis habentur. *d. l. quod attinet. ff. de reg. iur.*

Neque poſtremo de iure Prætorio.
Etenim † licet ius prætorium in æqui- 182.
tate fundatum ſit, *l. æquiſſimum, in princ.*

*ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.* Attamen ſtatus ſerui etiam eo iure annihilatus eſt, vt eſt text. *in l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſtam.* Si igitur in ſeruos obligatio, neque de iure naturali primæuo, neque de iure gentium, neque de iure ciuili, neque de iure prætorio cadat. Conſequens eſt: nullo iure obligationem in ſeruum cadere poſſe. Argu-
183. mentum enim † à ſufficienti partium enumeratione deductum, frequens, validum, & neceſſarium eſt. *per l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. text. in l. ex maleficiis. §. hæres. & l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & oblig. c. cum dilectus. de iure patron. c. ſi vir. de cog. ſpir. text. iūcta gl. in princ. Inſtit. de oblig. quæ ex q. delict. naſcuntur.* fuſè *Nicolaus Euerhard. in loc. à partium enumeratione, nu. 1.*

184. Verùm reſpondetur, † ius gentium duplex eſſe: quoddam eſt primitiuum, ſeu primæuum: quoddam ſecundarium. Hoc exemplum conſtitutionibus introductum, & propter hominū neceſſitatem & contra naturalem rationem

tionem inſtitutum eſt: quo iure † in- 185.
troducta ſunt bella, captiuitates, ſerui-
tutes, diſtinctiones dominiorum, *l. ex
hoc iure. ff. de iuſt. & iur. l. poſtlimin. ff. de teſt.
& poſtlim. reuerſ.* Et hoc caſu, ſeruorum
ſtatus annihilatus eſt, ita vt † ſeruus 186.
eorum, quæ iure hoc inſtituta ſunt, ca-
pax neutiquam ſit. *l. acquiritur. ff. de ac-
quir. rer. dom. l. ſtipulatio iſta. §. is qui in pote-
ſtate. ff. de V. O. quod ſeruus. ff. de acquir. poſſ.*
Illud primitiuum ſcilicet, cum ipſo
humano genere rerum natura intro-
duxit, de quo eſt text. *in c. ius naturale.
diſtinct. 1.* qualis eſt illa æquitas natura-
lis: vt fides ſeruetur, conuenta placi-
ta obſeruentur: de qua *in l. 1. in princ. ff.
de pact. l. 1. in princ. ff. de conſtit. pecun.* Et
ſecundum hoc ius libertas erat. Vn-
de etiam † ſeruus liber & obligatio- 187.
nis capax eſt, id eſt, in ſeruum eiuſmo-
di obligatio actiuè & paſſiuè cadit: ita
Doctores *in dict. l. ſi id quod. vbi Fulgoſ. nu.
6. Caſtrenſ. num. 3. Iaſ. num. 2. ff. de condict.
indebit.* & dicitur de iure gentium, na-
turali ratione inducto. *§. ſingularis. In-*

*ſtit. de*

*ſtit. de iure natur. gent. & ciuili.* Et ſecundum hoc ius intelligendus eſt text. *in d. l. ſi id quod.* dum dicitur: Libertas naturali iure continetur: *ita not. Dd. ibid. Caſtr. nu. 3. Iaſ. nu. 2.*

*Intellectus l. ſi id quod. ff. de cond. indeb.*

Neque obſtat, quod argumentatio à partium enumeratione neceſſaria
188. ſit: quia reſpondetur † hoc procedere, ſi nulla partium omiſſa ſit: ſecus verò eſt, ſi aliquid omittatur: ita eſt text. & gloſſ. *in l. filius. §. filiusfam. miles. ff. de lib. & poſth. C. venerabilem. vbi Panor. de elect. Euerh. rel. loc. nu. 3.* Cùm itaq; in propoſito huius diſtinctionis, adeoq; iuris gentium primęui & ſecundarii in ſpecie nulla facta ſit mentio, ſed in genere tantum de iure gentium cogitatum, ſequitur exinde, nihil dextrè inferri, ſed fallaciam conſequentis, vt Dialectici loquuntur, committi, *Euerhard. d. nu. 3. in fin.*

Porrò, quod ſupra dictum eſt, indebitum ſolutum condici poſſe, illud fal-
189. lit primò, † in eo, qui ſciens indebitum ſoluit: Hoc enim caſu cùm donatio

natio cenſeatur, condictioni indebiti, adeoq; repetitioni locus non eſt: ita text. eſt *in l.1.l.ſi is.ff.de cond.indeb.* per ea, quæ ſupra *nu.50.* vſq; ad *num.55.* incluſiuè dicta ſunt: fuſe *Iaſ.in d.l.1.num.12.* vbi ad hoc octo limitationes ponit.

Secundò fallit, quando † ex cauſa 190.
